

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Disputatio Secunda De Religione Eclectica Seu Prudentum ad Locum 1. Thessal. V.21**

**Hardtschmidt, Johann Nicolaus  
Winter, Johannes Christoph**

**Argentorati, 1705**

**VD18 11641991**

Porisma IV

**urn:nbn:de:bsz:31-105849**

Porisma  
IV.

PORISMA IV.

*Examen autem hoc de iis quæ hæcenus recensuimus, eoque modo & respectu ut dictum est, ad solam Scripturam Sacram institucendum est, tanquam regulam à DEO præscriptam, perfectam & sufficientissimam. § §. 13. 14. 15. Ostensum supra est, Scripturam Sacram esse normam, neque forte hic multum quis controvertet; sed si de perfectione dubium esse possit, textus noster eam adstruit: In quo enim omnia quæ probanda sunt, occurrunt, & ad quod omnia probanda sunt, illud, tale sit necesse est, quod tanquam perfectum omnibus istis sufficiat; hoc vero esse Scripturam constat ex ante dictis, unde hanc habere perfectissimam sufficientiam, indubitato liquet. Neque hic aut credenda & quæ fidei sunt, aut facienda & quæ operum sunt, excipienda, aut separanda esse, superius demonstratum est. Ex hoc vero porro constat, cum nec ratio, nec ea quæ ore tenus tradita dicuntur; hæc omnia contineant, sed sola Scriptura; etiam non illa, sed solam scripturam normam & regulam veram & sufficientem esse: Traditionibus illa omnia non contineri, puto manifestum satis esse ex hypothesebus eorum, qui Scripturæ illas adjungunt: rationem vero principium fidei & regulam non esse, neque puto illos asserere, quibus tanquam prudentibus peculiaris placet religio; quanquam, si quid ejusmodi statuunt, aut cum Anti-Trinitariis aliisque in consortium pro principio & regula fidei, rationem adsciscere velint, hos non tantum textus noster, sed & Apostolus refellere possit. 1. Cor. 2. 14. Subjectum quod regulam adhibet, quodque eandem applicat, homo est, & ratio humana, non principium & regula ipsa; neque tamen ratio præter, sine, supra aut contra Scripturam cæca, superstitiosa & sibi relicta; sed quatenus ex Scriptura & per Scripturam, tanquam medium ordinarium à Spiritu Sancto illuminata, facta est spiritualis & Spiritus Sancti ductum in verbo & juxta verbum ipsius sequitur.*

Porisma  
V.

PORISMA V.

*Hæc tamen norma non obstat, quo minus & Symbola tanquam Scriptura conformia, ut testimonia nostra doctrinæ & regula quadam compen-*